



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulvm Odonis Regis. Quando unctus est à VValterio Archiepiscopo
Senonensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

CAPITVLVM

ODONIS REGIS,

QUANDO VNCTVS EST A VVALTERIO
Archiepiscopo Senonensi anno DCCCLXXXVIII.

PROMISSIO O DONIS REGIS.

Promitto & perdono unicuique vestrum & Ecclesiis vobis commissis quia canonicum privilegium & debitam legem atque iustitiam conservabo, & contra deprædatores & oppressores Ecclesiarum vestrarum & rerum ad easdem pertinentium defensionem secundum ministerium meum, quantum mihi posse Deus dederit, exhibebo, & jus ecclesiasticum & legem canonicam vobis ita conservabo, & res Ecclesiarum vestrarum, tam à Regibus, vel Imperatoribus, quam à reliquis Dei fidelibus collatas, sub integritate & immunitate absque aliqua inhonoratione permanere concedam, quas modò iustè & legaliter vestræ retinent Ecclesie; &

cas augmentare & exaltare secundum debitum uniuscujusque servitium, prout scire & posse mihi Deus rationabiliter dederit & tempus dictaverit, studebo, sicut mei antecessores, qui hoc bene & rationabiliter observaverunt vestris prædecessoribus; in hoc ut vos mihi secundum Deum & secundum seculum sic fideles adiutores & consilio & auxilio sitis sicut vestri antecessores boni meis melioribus prædecessoribus extiterunt, secundum scire & posse. Et quæ retrò malo sunt ingenio depravata, in meliorem & pristinum gradum, adjuvante me divina clementia, reformabam cum vestro & aliorum nostrorum fidelium consilio & auxilio. *Confirmatio Odonis Regis. ODO.*

